[..]iscopis præcipuè consistentem, non solùm Senatu ejiciendum,
etiam penitus exscindendum censebant. O Sectam Regi-
inimicissimam! O disciplinam omni veneno perniciosiorem!
[Qu]id vobis videtur, Auditores, annon hic ipse finis est parrici-
[di]um, sine potestate Regia, h. e. patria, vivere, liberè vivere,
[nemini] parere, et omnibus imperare velle? Quoniam igitur Angli
[pe]rfidæ Regem amovere, Regiumq dominatum amoliri insani-
[..] semper habuerant, mox sine capite regnare, et regiam lau-
[de]m gloriamq ingentem, quasi ob rem bene gestam, sibi, tanquam
[pr]æclare de Republica meriti, transscribere cœperunt. Hanc
[..]rti Reipublicæ formam, si hodie Aristoteles viveret, τυραν-
[..]ida [illegible] appellaret: quæ quidem olim nusquam erat cogni-
[ta], nec ab illo tempore fuit audita, nisi nunc, cùm milites et bel-
[li] duces titulos ambiunt scientiarum, qui re ipsâ tamen Tyran-
[ni] sunt, et quidem omnium, qui unquam fuêre sævissimi, ferocis-
[si]mi, crudelissimi, nomina interim affectantes, quibus feritas mi-
[ti]gari videatur, et humanitas ostendatur. Quare quum sicut to-
[ti] ex fraudibus et dolis conficti, vulpinamq pellem leoninæ pe-
[l]liti assutam, gerant, Magistri et Doctores in utroq veredici
[..] possunt, non jure (nam nullum jus noverunt) sed in lupino mo-
[re] officio ac vulpino ingenio. Quis mecum jam non iterum
exclamaret? O immane, ô atrox, ô horrendum facinus, quale
nec antiquitas vidit unquam, nec credent posteri! O factum
ab ipso Diabolo, patre illo mendaciorum ac homicidiorum,
[u]nicè profectum! O commune omnium flagitiorum com-
pendium, in ferrei hujus seculi faces reservatum! O et homi-
nes otiosos, ô prodigiosos, ô superciliosos, et, quod caput rei est,
exitiosos homines! O Majestatis ac divinitatis ex æquo læsa-
res! O impiissimos omnis Religionis, omnis honestioris con-
versationis eversores! O publicos patriæ et communes ge-
neris humani hostes! Date veniam, Auditores optimi, da-
te, insto, veniam, si in pestes seculi omniumq Scelerum Archi-
tectos vehementiùs ac liberius intonem, quibus adhuc
[..] verendum est, ne regna ubiq omnia suorum luminum
[..]lipsin videant. Videor enim, ah videor, exanime Regis
[corpus] quasi ob oculos positum, videre. Videor mihi adhuc
[vid]ere, ut diu id ipsum jacebat omnibus ad videndum expositum,
[no]n gratis, sed certo pretio statuto, sine quo non licebat adspi-
ciendum